



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. I. Quid sit locatio. & conductio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

Et a venditio, & rei venditæ interitu contractus dissolvitur; plures adhuc casus recensent Civilistæ, in quibus periculum

rei venditæ, ante traditionem ad venditorem pertinet, quos vide

## TITVLVS XVIII.

### DE LOCATO ET CONDUCTO.

#### SECTIO I

#### §. II.

#### De contractu locationis, & conductionis.

##### §. I.

Quid sit locatio, & conductio?

**L**ocatio & conductio est contractus, quo persona, vel res aliqua, alteri utenda, vel fruenda pro certo pretio, siue mercede conceditur; ita ut locator dicatur, qui rem utendam tradit, & mercedem accipit; conductor vero, qui rem utendam accipit, & mercedem solvit, & ab aliis contractibus differat, quod per locationem strictè dictam non rei dominium, nec tantum rei custodia, aut res seruanda tantum, sed usus rei licitus transferatur, & quidem pro pretio, aut mercede in pecunia solvenda, cum alii contractus aliqui gratis hoc præstent, vel pro re alia, prout faciunt contractus innominati, do ut des, &c.

§(o)§

An locator rei frugifera remanere remittere de pensione, seu mercede censetur, si ob sterilitatem, hostium incursionem, vel alium casum fortuitum, sine culpa conductoris obuenientem?

**S**i damnum casu fortuito illatum tantum tantum sit, nihil coloris conductori de pensione remittenda, ut constat ex *L. Si merces 25. §. Pro maior ff. h. t.* Si vero damnum casu fortuito, sterilitate v. g. aut aliâ clade extrinseca adueniente, datum, notabile & magnum sit, pro rata secundum proportionem damni illati, remittenda est pensio, ut nonnunquam tota remittenda sit, nihil fructuum ex re conducta habentem nonnunquam pars illius remittenda sit, si damnum acceptum, dimidium, si excedat, vel iuxta prudentium iudicium notabile videatur *cap. Propter sterilitatem 3. h. t.* quod si tamen unius anni damnum ex præcedentium, aut subsequen- tium annorum ubertate compensetur, nihil de pensione remittendum; et non potest, quod remissum fuit, per colligunt *A. A. ex cap. cit. Propter sterilitatem*; quæ tamen intelligenda sunt